



**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

Suárez, Francisco

[Köln], 1617

Sectio quarta. vtrum voluntates Christi, interdum fuerint inter se
contrariæ, vel semper conformes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

& voluntas ferè nūquam caruit magna tristitia, vel A
certè frequentissimè illam habuit, considerando
peccata hominum, & mortem suam veluti præsen-
tem intuendo, cum tamen gaudium illud de se om-
nem expelleret tristitiam.

Responsio. Secundò ergo respondetur, quāvis tristitia, &
gaudium contraria sint, diuina tamen virtute fieri
potuisse, vt in eadem voluntate simul coniungeren-
tur. Ita respondet Palud. in 3. dist. 15. q. 2. qui in vni-
uersum docet posse Deum in eodem subiecto pone-
re duas contrarias formas in quocunq; gradu, sicut
in eodem loco potest ponere duo corpora naturali-
ter repugnantia. Sed licet in alijs qualitatibus, aut
formis verisimile hoc sit, tamen in actibus vitæ, si
proprie contrarij sint, specialem videtur inuoluere
repugnantiam: vel quia speciali modo afficiunt sub-
iectum, per intrinsecam quādam emanationem ab
illo: vel certè, quia ex parte obiectorum includunt
immediatam contradictionem, vt v.g. si intellectus
simul assentitur, & dissentit eadem propositioni,
simul ponit in obiecto esse, & non esse: vnde, sicut
impossibile est, vt eodem assensu iudicet idem esse
& non esse, ita est impossibile simul habere illos du-
os actus, & idem esse de omnibus contrarijs similib.

Quod etiam naturali quodam signo confirmari po-
test: nam alia cōtraria, saltem in gradu remisso, pos-
sunt interdum esse simul, etiam naturali modo: & in
ipso intellectu, vel voluntate, habitus contrarij pos-
sunt simul esse in gradu remisso: at verò actus ipsi nō
possunt naturaliter simul esse in eodem, si verè con-
trarij sint, vt experientia satis constat in assensu, &
dissensu, & similib. Quod verò quidam respondent,
ex D. Tho. q. 26. de verit. art. 10. hæc contraria, si per
se in sint subiecto, inter se repugnare, non verò si vnū
per se, aliud per accidens inest, hoc, inquam, non satis-
facit, gaudium enim per se dicitur in esse volūta-
ti Christi, ab ijs, qui ita respondent. In errogo ergo,
cur tristitia dicatur inesse per accidens. Si fortè, quia
non in est ipsi voluntati in se ipsa, sed tantū in appe-
titu, hoc est falsum, & contrarium est satis demon-
stratum: si verò dicatur per accidens inesse, quia ex
passione corporis oriebatur: non est verum de om-
ni tristitia, vt vidimus, neq; etiam si ita esset, quid-
quam ad rem pertineret: quia repugnantia inter for-
mas contrarias, non prouenit ex causis vnde illæ ori-
untur, sed consistit in ipsa formali inhaesione respec-
tu eiusdem subiecti. Vt, licet aqua sit aliquo modo
per se frigida, nihilominus repugnat, vt simul sit ca-
lida, etiam ex accidenti: sic ergo nihil refert, quod
tristitia ex corpore, vel ex quacunque alia causa ex-
trinseca oriatur, si formalem repugnantiam, & op-
positionem habet cum ipso gaudio.

Responsio. Aliter dici posset, actus animæ contrarios, qui ita
versantur circa idem indiuisibile obiectū, vt vnus
destruat formale, & proprium obiectum alterius,
non posse simul esse in eodem subiecto: vt mihi qui-
dem videtur de assensu & dissensu eiusdem proposi-
tionis, vel amore & odio eiusdem secundum idem.
At verò quando actus non ita sunt contrarij, vt vnus
prorsus destruat obiectum alterius, quamquam na-
turaliter interdum repugnent esse simul, non tamen
implicabunt contradictionem diuina virtute coniū-
gi in eadem potentia: hoc autem modo videtur cō-
sistisse in gaudio & tristitia Christi, non enim versata
sunt circa idem, neq; secundum eandem rationem,
vt per se satis constat.

Responsio. Aliter dici potest (& fortasse res est eadem, quam-
uis diuersis verbis explicata) gaudium & tristitiam
secundum rationes suas genericas, & modum: quo
versantur circa obiecta sua, habere magnam diuer-
sitate, & quandam repugnantiam, non tamen pro-
priam contrarietatem, nisi in particulari versentur
circa idē omnino, cuius simile videre licet in assensu
& dissensu: nam in communi habent illam diuersi-
tatem, non tamen contrariam oppositionem, nisi

sint eiusdem de eodem: quo fit, vt interdum ex af-
fensu vnus propositionis oriatur dissensus alterius,
& simili modo ex gaudio de diuino honore oriri
potest tristitia de diuina offensione. Sic ergo gaudiū
& tristitia Christi nō erant actus verè contrarij, quia
versabantur circa diuersa obiecta: gaudebat enim
de bonitate diuina, & sua beatitudine, tristabatur
autem de peccatis hominū, & de morte sua. Quam
solutionem attigit D. Th. in q. disputata de passio-
nibus animæ, ar. 10. ad 7.

Solum video obijci posse, quia Christus per visio-
nem beatam videbat in Verbo mortem suam, ergo
per fruitionem beatam de illa gaudebat: sed de illa
eadem tristabatur, ergo habebat simul gaudium, &
tristitiam eiusdem obiecti, atq; adeò proprie cōtra-
ria. Et confirmatur, quia alias nullum fuisset mira-
culum, tantam tristitiam coniunctam fuisse cū illo
gaudio, neq; Beati fierent ex vi illius gaudij natura-
liter incapaces omnis tristitiæ. Ad argumentum re-
spondetur primò, negando primam consequentiā,
quia nō est necesse, vt Beatus, qui necessariò fruitor
Deo ipso, necessariò etiam gaudeat de omnibus, quæ
in Deo videt, quia illa non repræsentantur vt sum-
mum bonum, sicut ipse Deus; sicut etiam, licet ne-
cessariò amet Deum, non tamen proximum, & cæ-
tera omnia, quæ in Deo videt. Secundò respondetur
aliter Christum gauisum fuisse de morte sua, & ali-
ter de ea tristitiam habuisse, tristitia enim erat de
morte, vt est malum naturæ, de quo malo Christus,
vt sic, non gaudebat, sed de fructu & utilitate, quam
mors sua nobis erat allatura, & de ipsa morte, vt e-
rat mediū ad huiusmodi finem: & ita actus illi nō e-
rant omnino contrarij, quia non erant de eodem se-
cundum idem. Ad confirmationem negatur seque-
la: tum, quia licet gaudium & tristitia in communi
sumpta, non sint perfectè contraria, tamen propter
diuersum modum tendendi in obiectum, si gaudiū
circa vnum obiectum sit perfectissimum, & inten-
sissimum, non admittit secum vllam tristitiam, et-
iam circa aliud obiectum, vt partim etiam experien-
tia notum est: tum etiam, quia visio & fruitio beata,
quæ natura sua constitunt animam in vltimo suæ
perfectionis statu, ex natura sua excludunt omnem
causam tristitiæ, sicut igitur illud miraculū, speciali
dispensatione in Christo factum propter nostram
redemptionem.

SECTIO IV.

*Verum voluntates Christi interdum fuerint inter se
contrarie, vel semper conformes.*

Suppositis distinctionibus suprà positis de actu
efficaci, & inefficaci volūtatīs, & de diuersis mo-
dis, quib; vna voluntas potest alteri esse conformis,
vel difformis, resolutio huius questionis facilis est,
ac ferè sine controuersia.

Dico enim primò, actum efficacem voluntatis
Christi semper fuisse conformem diuinæ voluntati
omni modo, scilicet, in obiecto formali & materia-
li. Hæc est communis sententia Theologorum, D. D. Thomæ
Tho. hic, & suprà, q. 13. a. 4. infrà q. 21. art. 4. aliorum
in 3. d. 15. Bonauen. ar. 3. q. 2. Mai. q. 1. concl. 4. Dur. q. 1.
2. Gabr. dist. 17. q. 1. concl. 3. & 4. Palud. Capreol. & a-
liorum. Caiet. locis citatis, Ferrar. 4. lib. contra gen.
c. 37. & in aliquo sensu est conclusio de fide, scilicet,
quatenus Christus semper voluit efficaciter quid-
quid Deus voluit ipsum velle, & prout Deus voluit,
vt apertè colligitur ex Ioan. 4. Meus vultus est, vt faciam Ioan. 4. Et si
voluntatem meam, sed eius qui misit me, & cap. 5. c. 6. & 8. Non quero 6. & 8.
voluntatem meam, sed eius qui misit me, & ad Heb. 10. & Heb. 10.
Plal. 36. In capite libri scriptum est de me, vt faciam volun-
tatem suam, Deus meus, volui: quamquam n. hæc præ-
fectum intelligantur, & exponi possint de voluntate
signi, seu præceptiua, tamen generaliter etiam in-
telligenda sunt de quacunque absoiuta voluntate
Dei: tum, quia verba Scripturæ generalia sunt: tum
etiam

VI Synod.
Agat.
Sophron.
Con. Lat.
Cyrill.
Damas.
Hieron.
August.

etiam, quia ita intelliguntur à Concilijs & sanctis Patribus veritatem hanc definitibus, & docentibus: ut patet ex VI. Synod. act. 4. in epist. Agath. ubi plura refert Sanctorum testimonia, & act. 11. in epist. Sophron. act. 17. in definitione fidei. Concil. Later. sub Mart. consil. 5. c. 16. & ex Cyril. lib. 2. in Ioan. c. 146. & lib. 4. c. 1. ubi id optime declarat, & Damasc. lib. 2. de Fid. c. 22. circa fin. & lib. 3. c. 14. 17. & 18. Chrysost. homil. 47. in Ioan. Hieron. in id Matth. 26. Fiat voluntas tua, & August. super Ioan. locis citatis, & q. 77. in nouum Testamentum. Denique, quia si Christi anima aliud efficaciter vellet, quam Deus vellet, ipsum velle esset propria contrarietas & repugnancia inter illas voluntates, quæ est magna imperfectio; unde in Christo locum habere non potuit. Et confirmatur, quia Beati semper hoc modo habent voluntatem conformem diuinæ voluntati, ergo multo magis Christus, cui nota erat in omnibus diuina voluntas, & ideo repugnare illi non poterat. Et ex his vteri⁹ colligitur, semper humanam Christi voluntatem in hoc actu efficaci fuisse conformem diuinæ ex parte obiecti, atque adeo non potuisse actu efficaci nolle, quod Deus volebat, neque velle, quod Deus nollebat, quia hæc etiam esset contrarietas voluntatum, quæ est magna imperfectio Christo repugnans. Quapropter omnis hæc conformitas cum diuina voluntate conaturalis fuit Christo ratione vnionis. Secundo, quia Deus vult, ut humana voluntas non opponatur hoc modo diuinæ, præsertim quando homini constat de diuinæ voluntate, ut Christo constabat. Tercio, quia supposita hæc scientia animæ Christi, qua sciebat omnem diuinam voluntatem beneplaciti seu consequentem, impossibile erat, aliud efficaciter velle: quia, facta illa suppositione, obiectum representabatur ut impossibile, unde illa voluntas non solum esset otiosa, & imprudens, sed (ut existimo) etiam fuit impossibilis, & ideo neq. beati possunt habere talem actum, quando illis constat de diuina voluntate.

Quæres, an hoc ita verum sit, ut sit certum, & an contrarium implicet contradictionem. Scotus enim dist. 15. q. vnic. ante solutionem argument. & Gabr. conclus. 9. opinionem referunt asserentem potuisse Christum per voluntatem humanam efficaciter velle, quod Deus absolute nollebat, & licet non approbent, putant tamen esse probabilem & possibilem, quia poterat Christi anima considerare mortem ut incommoda naturæ, præcisè, & abstrahendo ab omnibus alijs rationib⁹, & ut sic, efficaciter eam nolle, etiam si Deus eam vellet. Respondetur tamen, de absolute Dei potentia non repugnasse humanitatem assumptam carere scientia beata, vel infusa, quam modo habet, atque adeo non scire in singulis rebus & obiectis, quid de illis Deus efficaciter velit: & tunc rectè poterat per voluntatem humanam actu efficaci ex parte sua intendere aliquod bonum & honestum, ut verbi gratia, orare vel aliud simile, quamuis fortasse absolute esset definitum à Deo, ne id fieret. Cuius ratio est, quia hic modus operandi, supposita illa imperfectione ignorantie, seu carentie scientiæ, est bonus & honestus, neq. inuoluit imperfectionem aliquam, quæ Christo repugnet etiam de absolute Dei potentia. Confirmatur, nam angeli beati, aliquando intendunt aliquid, & quantum in se est, conantur ut fiat aliquid, quod Deus statuit ne fiat, quia non semper de singulis rebus cognoscunt quid Deus præstiterit, ut ex Danielis 10. constat iuxta expositionem magis receptam, quam rectè ibi tractat Pereira, & lib. 12. ex D. Tho. 1. p. q. 113. art. 7. & alijs: ergo ex prædicta hypothese non repugnat Christo de potentia absoluta similis operatio. Dices, Christo propter vnionem deberi, quod voluntas eius humana ita gubernetur à diuina, ut etiam si non agnoscat per humanitatem, quid Deus in aliquo negotio voluerit, nihilominus in re semper velit effe-

ciaciter id, quod Deus voluit: nam hæc conformitas non solum ex præscientia, sed etiam ex intrinseco regimine est magna perfectio. Respondeo, potuisse quidem ita fieri, esseq. satis cōsentaneum vnioni, & dignitati humanitatis assumptæ: non tamen esse ita necessarium, quin de potentia absoluta fieri aliud potuerit, ut dictum est, quia nullam repugnantiam inuoluit, nec imperfectionem, aut indecentiam aliquam diuinæ bonitati, ac voluntati repugnantem. At verò, supposita scientia voluntatis diuinæ, quam anima Christi habuit, impossibile fuit habere actum contrarium: quis enim potest actu efficaci conari contra absolutam Dei voluntatem sibi cognitam? aut quis cordatus & prudens id faceret, quamuis posset? Unde hic accommodari possunt verba illa Ioan. 5. Filius à se non potest facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem, ut Cyril. exponit lib. 2. c. 135. & Chrysost. hom. 37. Neq. contra hoc vrget ratio Scoti, quia licet anima Christi per aliquam inferiorem scientiam posuerit non semper actu considerare omnem rationem volendi, vel nolendi mortem, neq. omnem diuinam voluntatem: tamen simpliciter semper hæc omnia considerauit per aliquam scientiam, & ideo nunquam potuit in eodem intellectu habere iudicium prudens, quo moueret voluntatem ad talem actum efficacem & absolutum: quia iudicium prudentiæ debet esse connexum cum perfecta scientia, & consideratione intellectus, & ideo semper versatur circa id, quod pensatis omnibus est possibile, & expediens. Quocirca ex illa præcisa consideratione mortis per inferiorem scientiam, solum sequi poterat actus voluntatis inefficax, ut rectè D. Tho. hic docet, & infra q. 21. ar. 4. & Caiet. his locis, Dur. dist. 15. q. 2. de quo iam dicemus.

Dico secundò. Per actum inefficacem interdum voluit humana Christi voluntas, quod absolute & simpliciter Deus nollebat, semper tamen huiusmodi actus erat conformis diuinæ voluntati, tanquam principio, & regulæ, & ideo simpliciter illa voluntas nunquam fuerunt contrariæ. Tota hæc conclusio est certa & communis Theologorum in 3. dist. 17. Vbi Ricard. & Bonauent. art. 1. q. 3. Alent. par. 1. q. 15. memb. 1. art. 2. & colligitur ex omnibus Concilijs, & Sanctis citatis in priori assertionem, & eam declarat optime Augustinus lib. 3. cont. Maximin. c. 4. Et prima quidem pars conclusionis de diueritate in obiecto materiali, satis constat ex illis verbis sepe citatis, Non sicut ego volo, sed sicut tu, & ex dictis supra de his actibus inefficacibus. Secunda vero pars de formali, seu affectiva concordia, facile etiam patet, quia etiam isti actus inefficaces, erant in suo genere honesti & boni: unde diuina voluntas volebat, ut humana illos efficeret, & ipsa humana voluntas ex perfecta ratione & deliberatione illos in se admittebat, ut in hoc etiam diuinæ voluntati obsequeretur: & ita non solum in hoc erat conformitas inter diuinam & humanam voluntatem, sed etiam inter inferiorem & superiorem partem eiusdem humanæ voluntatis. Et hinc facile etiam ostendunt vltima pars: & excluditur contrarietas inter voluntates Christi: nam hæc esse non potest, ubi in ratione volendi est consensus voluntatum, neq. ubi vna voluntas nihil vult, nisi quod alia vult ipsam velle. Ad deniq. quia contrarietas saltem requirit, ut quod alteri sub aliqua ratione placet sub eadē alteri displiceat, vel illud idem, quod vna voluntas efficaciter vult, altera absolute nolit, quia, nisi adit hæc repugnancia, voluntates non se impediunt, neq. vna altera excludit, quod est de ratione contrariorum: ostensum autem est, non fuisse in Christo actus hoc modo oppositos seu repugnantes. Quæ ratio etiam procedit in actibus eiusdem voluntatis humanæ operantis per modum rationis vel nature, quia etiam in illis non fuit vera contrarietas propter eandem rationem: Christus enim simpliciter amabat mortem, verbi

Quæ ratio
ne potuit
Christus
habere a-
ctu effica-
cem, non
conformem
diuinæ vo-
luntati.

Scot.
Gabr.

Obiectio.

Responsio.

v.g. vt in re ipsa exequendam, fugiebat autem illā, non absolute vt exequendam, sed solum precise consideratā vt incommodatā naturā, qui actus erat solum inefficax, & minimē contrarius priori.

Obiectio.

Dices: Hi actus, *velo & nolo*, quamvis non sint simpliciter contrarij, tamen, vt versantur circa idē materiale obiectum, sunt aliquo modo repugnantes, & vnus potest alium saltem ex parte impedire seu retardare, ergo fuit in Christo saltē aliquis repugnancia actuum seu voluntatum. Respondetur, propriē nullam fuisse, huiusmodi enim actus tunc habent illum modum repugnantie, quando alter eorum est præter rationem & deliberationem voluntatis, quando vero ipsemet actus inefficax, est ab ipsamet voluntate præordinatus & deliberatus, non potest ipsamet voluntatem retardare vel impedire, ex cuius deliberato consensu oritur, vt in similitudinem est supra q. 15. de actibus appetitus disputando: præsertim, quia cum omnes isti actus essent ex diuina ordinatione, vt dictum est, & omnes essent honestissimi, nulla inter eos poterat esse propria contrarietas, aut repugnancia.

Responsio.

SECTIO V.

Vtrum humana Christi voluntas semper fuerit impleta.

Hoc dubium supra huc remisimus quæst. 13. art. 4. quoniam eius resolutio ex ijs, quæ hic dicta sunt de actu efficaci & inefficaci voluntatis Christi, pendebat.

Dicendum est enim primo, quidquid Christus Dominus sua humana voluntate absolute, & efficaciter voluit, effectum esse: atque hoc sensu Christi voluntatem semper fuisse impletam. Est res certa, & colligitur ex supra citatis Concilijs, & Patribus, præsertim ex August. quæst. 77. noui Testamenti, & Gregor. lib. 19. Moral. cap. 14. & constat etiam ex dictis supra de potentia animæ Christi quæst. 13. pertinuit enim hæc potestas ad Christi Domini perfectionem: cum enim voluntas humana Christi esset voluntas Dei, debuit semper impleri. Et confirmatur primo, nam illa voluntas in suo efficaci actu semper erat conformis voluntati beneplaciti Dei; ergo sicut hæc semper impletur, ita & illa. Confirmatur secundo, quia Christi anima præseiebat omnia futura; ergo non poterat efficaciter velle, nisi quod sciebat reuera futurum esse. Denique Christus nihil, nisi prudentissimè, & honestissime voluit; ergo tantum efficaciter voluit, quod perficere potuit.

August. Gregor.

C

Sed dicunt aliqui, hoc esse verum in his, quæ volebat per se ipsum implenda, non verò in his, quæ voluit fieri per alios, quod sentit Caiet. supra q. 13. art. 4. fundatur in D. Thoma ibi. Sed conclusio posita simpliciter vera est, neque absolute oportet aliquā exceptionem facere, vt rationes factæ probant: nā, licet vltima solum procedat de his, quæ per se ipsum erat facturum, aliæ tamē generaliter procedunt. Fuit enim impossibile, vel saltem fuisset imprudens, & otiosum velle efficaciter ab alio fieri, quod ipse sciebat efficiendū non fuisse: alias pari ratione posset velle efficaciter, aliquos saluari, quos sciebat non esse saluandos, & similia, quomodo autem ille locus D. Thomæ & Caietani exponendus sit, statim dicam.

Obiectio 1.

Caiet.

Responsio.

Aduertenda enim est differentia, quæ in hac efficacia est inter voluntatem humanam & diuinam Christi: nam voluntas diuina per se, & virtute propria potens est ad perficienda omnia, quæ absolute vult, siue velit per se, siue per alios illa efficere, quia est omnipotens, & ita propria virtute potest, vel facere, quæ per se ipsam vult fieri, vel immutare aliorum voluntates, per quos aliquid fieri decreuit, vel denique vt quibus voluerit instrumentis ad ea perficienda, quæ efficaciter vult. At vero humana volun-

Fr. Suarez. Tom 1.

tas Christi per se non est ita potens, semper autem impletur, vel ex perfecto & prudenti modo volendi, scilicet, quia semper est conformis diuinæ voluntati; vel quia participat aliquo modo omnipotentiam Dei, tanquam instrumentum Diuinitatis.

Obiectio 2.

Dices, ergo non magis absoluta voluntas Christi semper impletur, quam voluntas Beatorum, quæ etiam est conformis diuinæ voluntati & ideo, si aliquid vult efficaciter, infallibiliter fit, quia illud idē vult Deus voluntate beneplaciti: quo modo dixit Ansel. lib. de Similitudinib. cap. 52. quemlibet Beatorum possit transferre montem ab vno loco in alium, si efficaciter velit, & c. 68. dicit posse facere, quidquid vult, quoniam ipsum omnipotentē, inquit, sua voluntati concordantem habet. Respondetur, esse quidē inter Christum & alios Beatos quandam proportionalem æqualitatem, seu similitudinem potius: non tamen est inter eos æqualitas simpliciter. Primo quidem, quia omnis Dei voluntas beneplaciti, soli animæ Christi semper nota, & ideo simpliciter nunquam nititur contra hanc Dei voluntatem: at vero alij Beati non semper agnoscunt, quid Deus absolute velit fieri, & ideo interdum, quantum in ipsis est, cupiunt & intendūt aliquid fieri, quod reuera Deus non vult voluntate beneplaciti, vt de angelis Beatis colligitur ex Daniel. 10. tum etiam, quia voluntas Christi est organum Diuinitatis ad exequenda opera mirabilia, quod non habet voluntas aliorum Beatorum, & ideo multa potest voluntas Christi absolute, & efficaciter velle per se ipsam efficere, quæ alij Beati non possunt.

Ansel.

Responsio.

Dan. 10.

C

Dico secundo, Voluntas seu desiderium inefficax Christi, non semper habuit effectum, seu impletum fuit. Hoc etiam certum est ex Matt. 26. *Transiit a me calix iste*, & Matth. 9. & Marc. 7. vbi voluit latere, & non potuit. Et ratio ex ipsis terminis constat, quia, si actus est inefficax, non est, cur semper habeat effectum: imo tunc tantum per huiusmodi actum Christus aliquid volebat, quando simpliciter volebat illud fieri, sed potius contrarium.

Matth. 26.

Matth. 9.

Marc. 7.

C

Sed occurrit hoc loco difficultas ex Agath. Pap. in epist. decret. quæ refertur in VI. Synod. act. 4. vbi differentiam constituit inter humanam & diuinam Christi voluntatem, quia humana aliquid interdū voluit, quod nō fuit factum, vt patet in citatis locis Matt. 9. & Marc. 7. at vero diuina nihil vult, quod omnino non fiat, quam etiam indicat Damasc. lib. 3. c. 14. post medium. Quæ differentia nulla esse videtur, si sermo sit de voluntate inefficaci: quia sicut in humana voluntate hæc nō semper impletur, ita nec in diuina, quia voluntas signi vel antecedens Dei, non semper habet effectum; videtur ergo constitui hæc differentia in actu efficaci voluntatis: vnde fit ex sententia Agath. aliquando humanam voluntatem Christi efficacem non esse impletam. Hæc difficultas videtur mouisse Caietanum supra quæst. 13. art. 4. vt diceret, aliquando nō fuisse impletam voluntatem efficacem Christi, quando erat de rebus efficiendis per alios. Sed non est intelligendum de voluntate efficaci simpliciter, per quam, omnibus prefatis, aliquis absolute vult aliquid ab alijs fieri: nam hic actus in Christo esse non potuit circa effectum, quam sciebat non esse efficiendū, vt supra latè probatum est.

Obiectio 3.

Agath. Pap.

VI. Synod.

Caiet.

E

Intelligi ergo debet de voluntate aliquo modo efficaci, scilicet, quantum erat ex potestate, & viribus naturalibus humanitatis: potuit enim Christus per voluntatem humanam, quantum in se erat, desiderare, vt aliquid fieret, & omnia media existentia in sua potestate naturali adhibere, vt id cōsequeretur, & nihilominus id non fieri, quia vires humanæ voluntatis ad id non sufficiebant. Et hoc fortasse modo voluit Christus latere, & non potuit, quia quidquid per voluntatem humanā vt sic facere poterat, vt lateret, id præstitit, & tamen id assequi non

Responsio.

Fff

potuit.